



**Quæstionum Canonicarum, In Quinque Libros
Decretalium, Tomus ...**

In Lib. III. Decretalium. In quo agitur De Rebus, quae in judicium devenire solent, cujusmodi sunt, de vita et moribus Clericorum, ...

Schlüter, Georg

Augustæ Vindelicorum, 1708

§. 9. De censibus Ecclesiasticis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73045](#)

minori, cum certa est ejus solutio. Denique non potest quis, secluso damno emer- gente, vel lucro cessante, mutuare centum sub obligatione reddendi 15. in singulos annos per decennium; ergo neque emere.

3405 Sed affirmandum est cum D. Thoma in *Opus de usuris p. 2. c. 1. Lefsiol. 2. c. 22. D. 6. a num. 42.* Salas de censibus *dub. 4. anun. 2.* nam debitum in singulos annos distributum, communis hominum aestima- tione, minoris valer, quam si simul esset; sic enim subiectur frequenti periculo interitus cum difficultatibus, & expensis in ejus perceptione, & minus aptum est, ut ex illo lucrum aliquod comparetur, & necessitatibus contingentibus occurratur; ergo hoc debitum tam in fructibus, quam in redditibus sic speratis, minoris emi pote- rit, quam si simul praesens esset.

3406 Confirmatur ex eo, quod aliqui hoc concedant in emptione census realis. Nam ideo licita est per eos emptio census *realis* minori pretio, quam est cumulus fructu- um, qui sperantur percipi, quia fructus *in potentia*, qui in censu reali emuntur, ut- poter multis periculis subjecti, minoris aesti- mationis sunt, quam si actu existent; sed in censu personali idem contingit: pecu-ニア enim futura, minutim per longum tempus recipienda, periculis sunt subjecta, & suis dominis ministris commoda. Aliqui contractum, seu censu personali *vi- talitatem*, nimirum ad tempus vita Cen- suarii, aut *Censualiste*, comparant ludo aleæ interdicto; sed hoc merito negatur; nam in ludo aleæ non intervenit emptione alicuius rei, & res pendet ex merito casu, non causis naturalibus, sicut vita hominis.

§. 9.

De censibus Ecclesiasticis.

3407 Per censem Ecclesiasticum hic intelligi- mus onus reale impositum Ecclesia, vel quamlibet pensionem, aut redditum an- nuum, quem ex proventibus Ecclesiasti- cis, Ecclesia, Monasteria, & alia loca sol- vere debent superioribus Prælati, vel ex causa recognoscendi subjectionem, vel alio titulo; & hæc acceptio census est pro- pria, prout hoc titulo de censibus agitur. Prima igitur quæstio est, ap ex solutio- ne census recte probetur, solventem esse subiectum ei, cui solvit censem? & quod

Tom. III.

non; nam ex obligatione, quæ nasci pot- est ex pluribus titulis, nunquam bene ar- guitur ad unum determinatè; sed obligatio solvendi censem ex proventibus Ecclesiasti- cis, nascitur ex pluribus titulis; aliquan- do nimirum ad recognoscendam subje- ctionem, vel in signum libertatis, & exem- ptionis, juxta c. *Recipimus. 8. de pri- vileg.* vel in signum advocatæ, seu protec- tionis, aut competentis Patronatus ex fundatione &c. arg. c. *Præterea. 23. de jure Patronat.* ergo ex obligatione sol- vendi censem ex proventibus Ecclesiasti- cis non bene arguitur determinatè, quod fiat *titulo subjectionis*. Hinc petens sibi ab aliquo solvi censem, debet allegare ti- tulum, seu causam, ex qua id juris habeat; nam census, cuius causa ignoratur, non est ex obligatione solvendus, prout habetur in c. *Pervenit. 5. b. t.* Cum enim Fraxino- rensis Abbas Carpensem Ecclesiam fuisse deprædatus, occasione videlicet cujusdam census, qui ad quid, & quo titulo solvi de- beat, ignorabatur; & super hoc Archipres- byter Paschalem 11. interrogasset; respon- dit Paschal: *censem ignorantiae nec di- vinis, nec humanis legibus inveniri, oportere enim, ut censu omnes, ad quid, & quo modo persolvi debeant prescri- tur;* adeoque prædam omnem Carpensi Ecclesie restituendam esse, nec permitten- dum deinceps, ut Fraxinorensis Abbas, aut quilibet alius, eam inquietet.

Causa porro debendi censem, & conse- 3408 querenter titulus, in quo fundetur jus peten- di, sufficienter probatur; si allegetur an- nua prestatio illius per tantum tempus, ut eius initii non extet memoria, ut colligitur ex L. *hoc jure. 3. §. Aquæ dulcis. ff. de aqua quotid. Abb. inc. ult. n. 7. de causa possess. & propri. & in cit. c. Pervenit; n. 3. b. t. Covarr. in Reg. possessor p. 2. §. 4. n. 4.* sed hoc accipe, si constet de solu- tione annuatim præstata *tamquam debita*; non autem, si mere liberaliter, & gratui- to, vel cum protestatione, quod non ex de- bito. Hæc intelligenda sunt, quando actor petit sibi censem solvi judicio petitoris, si autem agat possessorio (pone, si Censua- rius recusat solvere censem, tanquam indebitum) tenebitur probare, si haec tenus fuisse in possessione, quorannis percipiendi censem, cumque sibi tanquam debitum fuisse per tot annos solutum, nunc autem à

Ggg gg

Cen-

786 Tract. in Lib. III. Decretal. Questio XXXIX.

Censuari spoliatum, quo casu restituendus erit, esto reus opponat proprietatem, prout exposuimus lib. 2. tit. 12. de causa possess & propriet. ex c. Cumolim. 7. cod. &c. fin. de ord. cognition.

3409 Not. autem 1. in hoc casu non requiri, ut actor spoliatus possessione, vel quasi possessione juris percipiendi censum extali loco, vel fundo, probet titulum, quo acquisivit jus, ubi possessio est temporis immemorialis; quia in hoc agitur solum de continuatione possessionis, non acquisitione; esto enim titulum acquisitionis probare non possit propter tempus immemoriale initii, ut saepe fit; sufficit tamen presumptio, quam ex possessione tanti temporis, pro iustitia possessionis, & consequenter acquisitionis, proficit habet. Hinc non ex decursu temporis habetur illa Censuarii obligatio; sed ex presumptione juris in tali circumstantia, Censualista assistet.

3410 Not. 2. id procedere non tantum in censi reali, sed etiam personali, nimirum, ut spoliatus solutione censis personalis, antecedenter ex debito soluti, possessorio iudicio spoliatorem convenire possit in judicio possessorio recuperande, prout deducitur ex c. Querelan. 24. de Elect. ubi, cum Cardinalis tituli S. Vitalis per Oeconomum, seu Syndicu Ecclesiae S. Agathae, quam ipse habebat in commendam (praeter alia) petiisset pensionem sexdecim deniariorum Papiensem ab Ecclesia S. Salvatoris, nunc autem ab hujus Ecclesia Presbytero negatam, seu subtraactam; Pontifex ad questionem praestanda pensionis respondit: quia fuit liquido comprobatum, quod pensio sexdecim deniariorum Papiensis moneta fuerit Clericis Ecclesiae vestrae pro Ecclesia S. Salvatoris de thermis annuatim, per multa tempora, & soluta, sed de novo subtracta, vos in eundem statum percipiendi hujusmodi de Ecclesia S. Salvatoris de thermis Ecclesiam vestram decernimus reducendam, & ad solutionem pensionis subtrahere, condemnamus Presbyterum ante dictum, salva questione proprietatis inter Ecclesias memoratas.

3411 Nam ex hoc textu deducitur, quod pensionarius, seu Colonus pensionem solvere recusans, si ea ante tanquam debita soluta sit, cogendum sit spoliatum restituere juri suo, & negatam pensionem solvere;

sic tamen ut deinde possit super jure proprietatis solvenda pensionis item moveare; ubi nota, quod absolute decernat solutionem census, non distinguendo, an sit realis, an personalis? Unde, quando dicitur, non posse fieri, quod habeatur possessio præstationis, seu debiti mere personalis, cum persona libera, & illi inherentia, possideri non possint; respondeatur, negando, non posse in persona fundari obligationem præstationis, seu debiti mere personalis nomine alicuius causæ præcedentis, v. g. pacti, contractus, ultimæ voluntatis, &c. pat. in decimis, & tributis personalibus; in Vasallis, obligatis ad obsequia personalia domini directi, &c. Unde in istis casibus non tam possidetur persona libera, quam jus personale, quo habens tale jus exigere possit debitum, pensionem sibi præstandam à tali persona ex ejusdem lucris, adeoque eo spoliatus, in eo merito defendendus erit & quæ, ac spoliatus possessione juris realis.

S. 10.

An Ordinarii locorum, aut Rectores, Ecclesie sibi subjectis possint imponere debitum solvendi censem?

DE hoc agitur in c. Scientie. 3. b. t. 3412 Nam, ubi quidam Abbas Gregorio Pontifici conquestus esset, quod Episcopus Massæ suo Monasterio consuetudines (sue census, & pensiones, ut notat Hostiensis hic, & Rubrica) velit imponere; recripsis: si ab initio hoc non fuit, etiam labentibus temporibus aliquid novi non permittendum imponi; Deinde in c. Prohibemus. 7. cod. quod desumptum est ex Concilio Lateran. ubi Alexander III. prohibemus insuper, inquit, ne ab Abbatis, Episcopis, vel aliis Prælatis novi census imponantur Ecclesias, nec veteres augeantur, nec partem reddituum suis usibus appropriare presumat; sed libertatem, quam sibi majores conservare desiderant, minoribus suis bonâ voluntate conservent; si quis verò aliter fecerit, irritum, quod egerit, habeatur.

Ex his iuribus deducitur 1. censum no-³⁴¹³ vum (qui scilicet in Ecclesia foundatione constitutus non est) non posse deinde imponi Ecclesias, vel Monasteriis ab Ordinariis locorum; sic Vivianus in Rationali iuris Pontific. l. 3. pag. 392. & alii. 2. nec vete-